



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi

Cum quadruplici Indice

Cartagena, Juan de

Coloniae Agrippinae, 1613

Homilia Octava. Tria alia testimonia ab eodem Isaia petita, ad eandem integerrimam Deiparæ virginitatem comprobendam pulchre explicantur:
Primum est: Generationem eius quis enarrabit? Secundum: ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

Lucæ 1.

nomen filio quem pateret, vnde cum in lege veteri soli patres filiis nomina imponerent, sicut pater ex illo Lucæ 1. *Inuocabant autem patri eius, quem vellet vocari eum*: idque in usu sit apud reliquas nationes, certè cum Virgo ipsa dicatur nomen inpositura filio, non leue argumentum est illum humano patre carere, atq; adeo ex sola Virgine absque viri opera nasci.

Isaie 7.

Hinc cogimur contra consuetudinem nostram dicere, perperam Iansenium in sua concordia Euagelica docuisse, ex prædicto loco Isaie: *Eccc Virgo concipiet*: non satis colligi Virginè parituram salua virginitate, id enim planè est contra cõmunem ac receptissimam Parum sententiã,

D. Basil. hõ. in Nat. Domini.

D. Cyr. lib. 2. in adu. Iud. c. 9.

D. Hiero. in c. 7. Isaie.

D. Iren. l. 3. aduers. her. c. 24.

Tertull. l. 3. in Marcio.

præcipuè Basilij, Cypriani, Hieronymi, Irenæi, necnon & Tertul. lib. 3. cont. Marcion ac lib. aduers. Iud. ubi inquit: *Virginem parere natura non patitur, & tamen credendum est Prophecie, & merito: perstrinxit enim fidem incredibilis rei, dicendo, quod si-gnum esset futurum Prophecia, inquit, dabitur vobis signum: Ecce Virgo concipiet, & signum autem à Deo nisi nouitas aliqua monstruosa aduers. her. fuisset, signum non videretur. & subdit quod si quispiam diceret ibi non cõueniri Virginitem, sed iuuentulam concepturam & parituram: hinc quoque reuincimus, quod nihil signi videri possit res quotidiana, inuen-cula scilicet prægnans & parus: in signum ergo nobis posita Virgo mater creditur. Quare crediderim locum hunc Isaie tanti robõris esse ad Mariæ virginitatem asstruendam, vt si veritas hæc non fuisset iam ab Ecclesia diffinita, solus ille locus sufficeret ad veritatem hanc, tanquam verissimum fidei dogma in Deiparæ Mariæ honorem, diffiniendam, cui sit honor, & gloria, in sæcula sæculorum: A-men.*

HOMILIA VIII.

Tria alia testimonia ab eodem Isaia petita, ad eandem integerrimam Deiparæ virginis aтем comprobendam pulchre explicantur: Primum est: Generationem eius quis enarrabit? Secundum: Accepsi ad prophetissam, & concepit, & peperit. Tertium: Multiplicabitur eius Imperium.



ANCTISSIMYS, ac celeberrimus vates Isaia, sicut in Christi Domini innocentia defendenda patet non habuit, ita in Matris eius virginitate protegenda & propugnanda, omnes alios Prophetas lōgo interuallo præcelluit, vnde omnia vaticinia, quæ ille nobis scripta reliquit de nunquã inuiolata Mariæ integritate, explicare, & illustrari prosequar. Primò ergo exordiar à verbis illis, quæ in ore omnium versantur: *Generatio-nem eius quis enarrabit?* quorum verbo-rum licet non vna sit Doctorum inter-pretatio, quia Vatablus ea intelligit de praua Iudaici populi generatione, ita vt sensus sit, quis poterit describere peruersam Iudaicæ plebis generationem, aut verbis amplificate eius perfidiam, impudentiam, ac effrenem audaciam? Alij è contrâ intelligenda esse censent de spiri-tuali, & copiosa filiorum Christi genera-tione, ita vt sensus sit: quis poterit spiri-tualem Christi sobolem, ac penè infinitam filiorum posteritatem denumerare? vnde ibidè in sequentibus verbis dicitur: *Quia abscissus est de terra viuentium: allu-dens ad arborem, quia abscinditur, & pu-tatur, vt fortius erumpat, pluraque germina emittat, alij deinde prædicta ver-ba interpretantur de æterna Verbi à Patre*
Dddd 2 gene-

Isaie 53. Vatabl. sup. Isaie 53.

generatione, quam ineffabilem ad eò putat Propheta, ut omnem tam humani, quam angelici intellectus facultatē longè præcellat: unde D. Irenæus aduersus hæreticos decertans, qui diuini Verbi generationem naturali rationis acumine penetrari posse falsò sibi blandiebantur, ex hoc Isaiæ loco contendit illis probare, æternam filij generationem à creatura comprehendi non posse; disputationemque concludit in hæc verba: *Generationem eius inenarrabilem existentem nemo nouit, non Valentinus, non Marcion, neque Saturnianus, neque Basilides, neque Angeli, neque Archangeli, nec Principes, neque Potestates, nisi solus, qui genuit Pater, & qui natus est, Filius, & qui ab utroque procedit, Spiritus sanctus.*

Grauisissimi tamen alij Patres, licet præcedentem intelligentiam non respuant, prædictum tamen Isaiæ locum ad Christi Domini temporalem ex Maria generationem referunt, quam ex eo capite inenarrabilem, & ineffabilem esse arbitrantur, quod supra totam naturæ facultatem facta fuerit, salua & incolumi Deiparæ virginitate, ad eò, ut Isaias hoc tantum mysterium præuidens in admirationem raptus dixerit: *Generationem eius quis enarrabit?* Et quidem si Christus Dominus communi modo, & ordinaria ratione genitus fuisset à matre, non erat cur Isaias per admirationem in ea verba prorumperet, cum humanæ generationis communis propagatio lumine solo rationis facile à philosophis explicetur. Expositionem hanc recipit in primis Diuus Athanasius, qui ait: *Natiuitatem eius quis enarrabit? Hic est, qui ex Virgine prodijt, & ut homo in terris apparuit, & cuius inenarrabilis secundum carnem natiuitas censetur: non enim est, qui patrem eius carnalem dicat, cum non ex viro, sed ex Virgine sola corpus eius ortum trahat.* Diuus Bernardus. *serm. 1. in vigilia Natiuit. O partus solus sine dolore, solus nescius pudoris, corruptionis ignarus, non reserans, sed consecrans virginis ueteri templum. O Natiuitas supra naturam,*

D. Irenæus
lib. 2. aduersus
hæreses
1. 48.

D. Athanasius
lib. de Incarnatione
verbi, eiusque corpora-
li ad nos aduentu.

D. Bern. serm.
1. in vigilia
Natiuit.

sed pro natura miraculi excellentiam superans, sed reparans virtute mysterij. Fratres, generationem istam quis enarrabit? Angelus nuntiat, virtus Altissimi obumbrat, superuenit spiritus, virgo credit, fide concipit, Virgo parturit, virgo permanet, quis non miretur? Nascitur Altissimi filius, Deus de Deo, genitus ante secula, nascitur Verbum infans, quis vel satis miretur? Generationem eius quis enarrabit? D. August. lib. 50. homiliarum, ad idem in hunc modum loquitur: *Generationem eius, quis enarrabit? quam generationem ante Luciferum genuit: ecce una generatio, ante Luciferum, ante omnia, quæ facta sunt, ante omnes Angelos, & ante omnem creaturam. Sed forte secunda eius generatio narratur, fide concipitur, masculus non accedit, uerum Virginis tumet, procedit, & aquam sponsum de thalamo mirabilis uirgaque generatio, mirabilis illa, quia sine matre.* D. Chrysostomus homilia de Ioanne Baptista hæc scripsit: *Generationem eius quis enarrabit? Hoc nobis offendit, quoniam natus quidem sit, sed quomodo natus sit, ignoramus. Beata Maria mater, & virgo, virgo fuit ante partum, virgo post partum. Ego hoc miror, quomodo de Virgine virgo natus sit, & post natiuitatem virginis mater virgo sit. ac tandem Iustinus Martyr, Dialogo contra Iudæos ait: *Natiuitas eius quis enarrabit? Hic est, qui ex Virgine prodijt, & ut homo in terris apparuit, & cuius inenarrabilis secundum carnem natiuitas censetur: non enim est, qui patrem eius carnalem dicat, cum non ex viro, sed ex Virgine sola corpus eius ortum trahat: Natiuitatem eius quis enarrabit? Quia nullus omnino hominum natiuitatis Christi fuit conscius in conceptu, cum virgo Maria Verba Dei prægnans inueniatur.**

Deinde celebrem illum Isai. c. 8. locum: *Isai. 8. Adhibui mihi testes fideles. Viriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachie, & accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: uoca nomen eius, Accelera, spolia de: rabe, festina prædari, quia ante quam, sciat puer vocare patrem suum, & mater suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram rege Assyriorum: Sancti Patres, D. Hiero-*

D. Aug. lib.
50. homi.

D. Chryso.

Iustin. Mart.
ead. 12. con.

Judeus.

Mer. sup. c. 8. Isa. D. Hieronymus, Cyrillus Alexandrinus, Ambrosius, Chrysofostomus, Gregorius Cyrill. Alex. Nazianzenus, Irenaeus, S. Epiphanius *sup. c. 7. Isa.* Proculus, Eusebius Caesariensis, & Ter-
D. Ambros. in tullianus vnanimi consensu exponunt de *psal. 100. et 18.* Christi Domini conceptione in utero
D. Chrysof. ho. Virginis Vnde aiunt illum, qui accessit
1 in c. 1. Io. 7. ad prophetissam, Spiritum sanctum fuis-
et homis. in se, quando in ea superuenit, Gabriele di-
1. c. Matth. cente: Spiritus sanctus superueniet in te, &
D. Greg. virtus Altissimi obumbrabit tibi: sic enim
Naz. in 5. loquitur D. Cyrillus: Etenim ipse, qui di-
Pafcha. xit: Cape tibi librum nouum, magnum, acces-
D. Iren. li. 3. sit ad Prophetissam: illud enim sanctissimum
contra he- corpus ex Spiritu sancto & supernis verbo for-
refes cap. 18. matum esse, cui dubium esse poterit? Quo circa
S. Epiph. li. Spiritus sancti virtus, ac vis, per quam illud
contra hae- corpus in sanctissima Virgine formatum est,
seli. 3. her. hoc congressus habitus, ac figura oblique signifi-
71. cont. cat. His similia eleganter scripsit in
Antidico haec verba Eusebius Caesariensis: Vnde
Marianita. nam esset conceptura, quae virum experta non
et her. 79. esset: Ipsum hoc, de quo quaeritur nunc, ora-
con. Quolid culum docet: Et accessit, inquit, ad Prophetis-
Proculus sam, & in utero accepit, & peperit filium. Est
sup. c. 7. Isa. aut intelligendum de Spiritu sancto, a quo af-
Euseb. Ce- flatus Propheta diuinabat. Ipse enim Spiritus
lar lib. 7. sanctus se accessisse ad Prophetissam fatetur,
de mon. Eu- quod quidem ipsum plane completum est in
ang. in 2. Christi ortu, quo tempore missus est Angelus
restim ex Gabriel ad Virginem, dixitque ei: Spiritus san-
Isa. Tertull. ctus superueniet in te, & virtus Altissimi ob-
adu. Iud. eos umbrabit tibi. Et Cyrillus Alexand. lib.
ca. 9. et lib. 1. in Isaiam 1. cap. 8. ait: Quod inquit non
de resurre. ex sanguine, & carne, neque ex voluntate viri
1. a. et lib. Christi natiuitas secundum carnem perfecta
contra Mar- fuerit, sed insolita, & ultra leges humane na-
cion. cap. 12. turae extiterit, Deus Propheta reuelauit: Ete-
et 13. et nim ipse (inquit) qui dicit, Cape tibi librum
lib. 5. c. 18. nouum magnum, accessit ad Prophetissam:
 Quare sensus est, vt Deus ipse loquatur,
 dicens, quod cum accessit ad fecundan-
 dam diuina sua virtute beatam Virginem,
 adhibuit sibi non re ipsa, sed in promil-
 sione duos testes, omni exceptione maio-
 res, hoc est, Zachariam, qui post capi-
 uitatem Babylonicam illustissima
 promulgauit de Christo Domino va-

ticinia, vt patet ex eiusdem Zachariae ca. *Zach. 9.*
 9. & Vriam, qui apud Ieremiam insignem
 prophetiam edidit de euerfione vrbis, ac
 templi Ierosolymitani, & postrema capi-
 uitate, quam modo Hebraei sustinent,
 propterea quod Christum Dominum
 occidissent, quibus testimonium, quia vati-
 cinijs huius Isaiam veritas valde confir-
 matur, & stabilitur, ideo dixit Deus Za-
 chariam, & Vriam elegisse sibi tamquam
 testes, conceptum, & ortum Christi con-
 testantes: ita explicant I. Irenaeus in Com-
 mentario huius loci, & Galatinus de Ar-
 canis Catholicae veritatis; sed prius illis
 Ionathas Paraphrastes Chaldaeus dicens: de Archana
 Comestare coram testibus fidelibus maledi-
 cationes, quas dixi, vt inducerem in diebus V-
 rit. c. 16.
 ritae sacerdotum, ecce venerunt, & etiam omnes Ionat. Pa-
 consolaciones, quas dixi in prophetia Zacha-
 riae filij Barachiae ego adducturus sum. Vro-
 phetissam autem, ad quam fecundan-
 dam spiritus Dei accessit, beatissimam
 Virginem esse, praecitati Patres conte-
 stantur, quae mirabile illud edidit vaticini-
 um, dum in suo cantico ex eo, quod
 concepisset Christum Dominum, praedi-
 dixit beatam se ab omnibus generacioni-
 bus praedicandam: Ecce enim ex hoc bea-
 tam me dicent omnes generaciones. Cum er-
 go ex accessu Spiritus sancti conceperit,
 & pepererit Maria infantem leiu, conse-
 quens est, salua virginitate illum conce-
 pisse, & peperisse. Arbitrorque notante
 ad id significandum vocatam fuisse bea-
 tam Virginem Prophetissam, vt praenota-
 ret Spiritus sanctus modum corporalis
 illius conceptionis, spiritualis, & Prophe-
 ticae conceptionis conditionem imitari,
 nam sicut Propheta non aliter vaticini-
 um concepit, quam ex diuina virtute
 sibi diuinitus infusa, ita beata Virgo, non
 aliter concepit Christum Dominum,
 quam ex Spiritus sancti virtute in ea super-
 ueniente, vnde recte Procopius inquit:
 Dominus, ait: quod ipse superueniet Prophetis-
 se, & sic vocat Prophetissam matrem Christi, *Procopius*
 quod Spiritus sancti pariceps sit futura, iuxta *sup. c. 8. Isa.*
 illud: Spiritus sanctus superueniet in te.

Luc. 1.

Perfidi tamen Hebræi hunc celebrem
 Isaiæ locum è manibus nobis eripere co-
 nantes, obstinatio animo docent, hic ser-
 monem non esse de Christo Domino,
 nec de eius matre, sed totum vaticinium
 pertinere ad prophetam Isaiam, qui iube-
 tur adhibitis illis duobus testibus accede-
 re ad uxorem suam, vt ex congressu par-
 tus infantis sequatur, cui nomen erit: *Ac-
 celeras, spolia detrahere, festina prædari*, quo-
 niã per huiusmodi filium prædicebat Deus
 euersionem decem tribuum, depredatio-
 nẽq; ac vastitatem Samariæ, quæ ipso ad-
 huc infantulo ventura erat: quam exposi-
 tionem, vt magis persuadeant, adducunt
 illud Osæ cum Dominus præcipit ei, vt
 foeminam fornicariã, hoc est, idololatrã
 uxorem duceret, ex eaq; liberos procrea-
 ret, quibus vtriusque regni, & Israel, & Lu-
 da euersio prædiceretur. Consuevit nãq;
 Deus non solum verbis, sed etiã factis ve-
 tura prænunciare, vt tradit Isaias cap. 26.
 Verùm hęc expositionem à veritatis sco-
 pò longe aberrare multa comprobant, nã
 prætermissa absurditate illa, quod san-
 ctissimus Vates Isaias præciperetur corã
 illis testibus ad uxorem suam accedere,
 & illis spectantibus rem peragere, planũ
 quidem est nomen illud: *Accelera, spolia
 detrahere, festina prædari*: Isaiæ filio mini-
 me conuenire, cũ nec ita fuerit appella-
 tus, neq; heroica aliqua eius facta in sacris
 literis commemorentur, propter quæ tã-
 to nomine insigniretur. Deinde, quia (vt
 tradit Rabbi Salomon) Vrias qui hic testis
 inducitur, fuit filius Semei, qui prophe-
 tauit tempore Ioachim filij Iosai (vt legi-
 mus apud Ieremiam) Zacharias autem
 fuit ille, qui in duodecim prophetis mi-
 norib; est vndecimus; isti tamen neutiquã
 potuerunt ab Isaiã induci tamquã testes
 alicuius ipsius operis, cum multo poste-
 riores illo fuerint; à quarto enim anno
 regni Achaz, quo tempore, vel circiter,
 Isaias hoc edidit vaticinium, vsq; ad regẽ
 Ioachim, sub quo Vrias ille fuit vaticina-
 tus, fluxerunt anni plusquam centũ; & ab
 eodem quarto anno regni Achaz vsque

Rabbi Salo-
 mon sup. c.
 2. Isaiæ.
 Ierem. 26.

ad tẽpus Zachariæ filij Barachia (qui fuit
 vndecimus prophetaarum minorum) trã-
 sierunt plusquã ducenti anni, vt affirmat
 Galatin. lib. 7. Arcan. Catholicæ veritatis
 cap. 6. Lyran. & Dionys. Carth. in com-
 ment. huius loci. Ac tandem Isaias in præ-
 dicto loco euenturam fore ait Syriã, &
 Samariæ deuastationem adhuc filio illo
 infantulo, quod nulla ratione aptari po-
 test filio Isaiæ, cum illa calamitas accide-
 rit sexto anno Ezechia, quo tempore ne-
 cesse fuit filium Isaiæ habuisse iam septi-
 decim, aut octodecim annos, cum concep-
 tus esset quarto anno regni Achaz, à quo
 anno vsque ad sextum Ezechia, qui ei
 successit, fluxerunt octodecim anni: nam
 Achaz sexdecim annis regnavit, vt illo-
 rum computatores tradunt, non igitur,
 quando contigit illa vastitas, filius Isaiæ
 erat infantulus nesciens vocare patrem,
 & matrem, sed potius adules & nubilis.
 Christo autem Domino recte illa verba
 quadrant, qui infans, & ab vberibus ma-
 tris pendens, gentilitatis idola colentis
 fortitudinem abstulit, spoliaque diripuit,
 cum tres illos reges magos, tanquam
 gentium primitias, ex orientibus par-
 tibus ad se infantulum adorandum stella
 duce, euocãrit. Hi enim quia & Reges, &
 sapientes simul erant, merito Gentilita-
 tis fortitudo, & optima gentium spolia
 appellari potuerunt. Quod verò addi-
 tur, *coram Rege Assyriorum*, vel de Demo-
 isa. 2.
 ne ipso, vel de Herode intellige: ijs enim
 Regibus videntibus, ac fremtentibus, bel-
 lator noster potentissimus ea spolia gen-
 tibus incredibili potentia, fortitudineque
 detraxit. Atque hæc est communis vete-
 rum Patrum expositio: sic namque in-
 primis interpretatur Tertull. in libro ad-
 uersus Iudæos: *Spolia, inquit, Samaria ac-
 cepit ipsos Magos, qui cum illum cognouissent, aduersus
 & muneribus honorassent, & genu postea ad-
 orassent, quasi Dominum Regem sub iestima-
 tio induit, & ducis stellæ, spolia sunt facti Sa-
 maria, id est, idololatriæ, credentes in Christũ;
 idololatriã enim Samaria nomine notant, vt
 ignominiose ob idololatriam, quæ deicietas à
 Des*

Galatin.
 Lyran.
 Dion. Carth.

Ja. 1.
 Dial.
 Trop.

D. E.
 D. A.
 D. C.
 D. A.

Galat.
 aduers.

Tertullia.
 aduersus Iudæos ca. 7.

Deo sub Rege Ieroboam aduersus Regem Assyriorum, hoc est, aduersus Diabolum, qui ad hoc se regnare putat, si sanctos à religione Dei deuorbat. hæc ille. Iustinus quoque Philo-

Infl. Mart. Dialogo cum Tryphone. si puer patrem, & matrem appollare, Damasci potentiam Samaritæque spolia capiet: nec cuiquam eorum, qui apud Iudeos fuerunt Reges, hoc unquam accidisse potestis docere; nos autem in nostro Christo factum docere possumus; simul namque atque natus est, Magi ab Arabia venerunt, eumque adorauerunt; cum venissent ad Herodem, qui tunc in terra vestra regnabat, quem verbum propheticum Regem Assyriorum appellat. Eodem seculu hæc Damasci Samaritæque spolia intellexerunt D. Epiphanius lib. 3. contra hæreticos, post hæresim s. titulo: *Compendiaria doctrina de Fide Catholica, & Apostolica Ecclesia* D. Ambrosii lib. 3. in Luc. D. Chrysostomus hom. 2. in cap. 2. Matt. D. Augustinus serm. 1. in festo Epiphaniæ, & alij non pauci.

Celebre etiam est ad Marianam Virginitatem astruendam aliud eiusdem libri uariationum, quod capite 9. scripsit: *Multiplicabitur eius imperium*. licet enim uerba hæc secundum superficiem spectata, nihil prorsus ad Virginitatis integritatem pertinere videantur, tamen si sensus illorum medullam degustemus, cõperiemus multum per omnem modum facere, ad præfens uirginitatis Mariæ argumentum illustrandum: nam in primis (vt adnotauit ex ueteribus Rabbini noster Galatinus) in his dictionibus Deiparæ Mariæ nomen clauditur, quod Hebraicè *Miriam* dicitur: includi etiam aiunt dictione *alia*, *lemarbè* quæ *Domina* interpretatur. vt significaretur dominij, & imperij Christi Domini (de quo ibi agitur) beatam Virginem, tamquam ueram eius matrem, valde participem esse futuram. Tamque admirabili ratione, & artificio nomen Mariæ cum Christi imperio esse conuenientem, vt ubiqueq; Messia imperium propagatum legeretur, ibi quoque sanctissimi

num Mariæ nomen audiretur: nec possent Messia principatus regnique fines prorogari, & extendi, quin simul Virginis laudes, nominisq; eius amplitudo augetetur: nec è contra magnitudo imperij Christi quidquam minui posset, quin etiam Reginae Mariæ imperium minucretur: unde sicut olim Phidias ille sculptor, cum primis illustribus, Mineruam armatâ finxisset ex ebore, in eius clypeo suam ipsius imaginem tanto artificio, ingenioque celauit, vt eam nemo posset abradere, quin uniuersum statuae opus perderet, vt auctor est Aristoteles in lib. de mundo ad Alexandrum; ita Deus matris memoriâ cum suo ipsius imperio ita coniunctâ esse uoluit, vt nemo, qui ipsius imperium cõmemoret, de Virgine silere posset; nemo Virginis magnitudinem obscurare, quin magna ex parte Messia dignitatem comminuat, siquidem & Virginis præcipua laus in eo posita est, quod mater sit Messia, & Messia splendor in eo etiâ eluceat, quod ex matre Virgine fuerit progenitus. Vt uero indicaretur Virgine filij suum, absq; referata uirginali eius clausura esse concepturâ, & parituram, in medio illius dictionis hebraicæ, quæ Mariâ significat, apposuerunt Mem clausam contra eorû usum, & consuetudinem, debebat. n. esse apertum. quia Hebræi non utuntur Mem clauso in principio, aut in medio alicuius dictionis, sed in fine duntaxat, unde cum nusquam alias, nisi in hoc loco, & in Isaia ca. 7. ubi sermo est de eadem Virgine inueniatur Mem clausum in medio dictionis positum, consequens est aliquod arcanum ibi latere, illud aut reperit Adrianus Finus, Lyran Galat. & multo ante illos Rabbi Accados, quod propterea Mem omninè clausum præter Hebræorum scribendi rationem appositum fuerit, vt id significaretur præter totum naturæ ordinem Virginem parituram esse, abstulione eiusque uirginis sui sigilli uiolatione.

Duo tamen, quæ in commentario huius loci adnotauit Leo Castrensis, silentio non prætermittam. Primum est, quod

Galat. lib. 7. Arcan. c. 13.

Adrian Fin. lib. 2. flagell. cap. 7.

Lyra in c. 9. Isaia.

Galat. lib. 7. Arcan. c. 13.

Rab Accados in 3. pe. titutione eius libri, qui reuelator Arcan. c. 13.

Leo Castrensis, si can inscribitur.

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod

quod M. illud clausum, & quadrata figuræ, quod appositum fuit in dictione illa *Lemarbe*, quæ interpretatur *ad multiplicandam*, vbi de Christi imperio est sermo, significat stabilitatem illius tantam esse futuram, vt nullus pateat hostibus aditus ad illud irumpendum: secundum est, quod loco illius verbi *Marbe*, quidam legunt *Sarbe*, id est *spina*, vel *rebellio*, ita vt sensus sit *spina*, vel *rebellio eius imperij*, vt per hoc significaretur, Imperium Christi capisse vel à spinea corona, qua fuit redimitus, vel à rebellionē Iudæorum, qua in auctorem vitæ fauientes ligno Crucis cum affixerunt, cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

violata virginitate filium suo vtero circumdet, commune est omnib. prægnantibus, nihilque id noui habet: ita obseruauerunt sancti Patres, præsertim D. Hieronymus, dum inquit: *Nouam rem creauit Dominus super terram: absque vilo semine, absque vilo coitu, atque complexu. femina circumdabit virum gremio vteri sui, qui iuxta incrementa quidem ætatis per vagitum, & infantiam proficere videbitur sapientia, & ætate, sed perfectus vir in ventre femineo solitis mensibus continebitur.* D. etiam Bernardus eidem consentiens expositioni hæc præclara scribit: *Nouum faciet Dominus super terram. Quærit quod nouum? mulier, inquit, circumdabit virum: Non ab altero viro virum suscipiet, non humana lege concipiet hominem, sed in vtra viscera intacta, & integra virum claudet, ita sanè, vt intrante, & exeunte Domino iuxta alium Prophetam: Porta orientalis clausa ingiter persueret. Verum respondent Iudæi nouum, quod indicat Propheta Ieremias creandum à Deo, non esse, quod mulier salua virginitate concipiat, sed quod concipiat virum: alia enim foeminae infantem concipiunt non viros rationis participes prædentes, & maturos: nouitas ergo consistit in hoc, quod mulier illa concipiet virum, non ætate, non viribus corporis, non animi vigore, sed maturitate iudicij, non corpulentia membrorum. Hanc tamen responsionem verba ipsius Ieremias penitus labefactant, tum quia consulto dixit: *creauit*, vt significaret generatione Christi non esse futuram ex duobus principiis, masculo scilicet, & foemina, instar generationis aliorum infantium, sed ex vno solo instar creationis, & quia sicut creatio est ex nihilo, ita generatio Christi, quantum attinet ad virum qui nullus in ea interuenit, fuit ex nihilo, vtpote ex nulla viri materia, atque adeo, quali femine creatio, vt ita loquar, licet alioquin ex purissimis Mariæ sanguinibus verè fuerit genitus: tum etiam, quia vsurpans verbum illum *circumdabit* aperte ostendit mulierem illam vndique clausam esse,*

HOMILIA IX.

Triagruissima Prophetarum oracula elucidantur ad Deipara Maria virginitatem magis confirmandam. Primum est Ieremia: *Nouum creauit Dominus super terram: Femina circumdabit virum.* Secundum Ezechielis: *Porta hæc clausa erit.* Tertium Danielis: *Abscisus est lapis de monte sine manibus: ac tandem varia testimonia noui Testamenti expenduntur, & præcipue Concilia, quibus hæc veritas diffinitur, afferuntur.*

Ierem. 31.

Ezech. 44. Dan. 4.

Ierem. 31.



ELERE est illud Ieremias oraculum, & omni acceptione dignum ad Marianæ virginitatis, Catholicam veritatem magis stabilendam: *Nouum creauit Dominus super terram: Femina circumdabit virum: nouitas autem, hæc in eo consistit, quod manens virgo concipiat filium, & pariat; quod eam mulier*